Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0001-0

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 22

VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0002-5

117

Indubia demiſſæ

TESSERA OBSERVANTIÆ,

Quam

In

Benivoli Favoris

debitiq; Honoris

SINUM,

VIRI

SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI atqve EXCELLENTISSIMI,

DN. GODOFREDI MEISNERI,

DOCTORIS THEOLOGI CELEBERRIMI,

Paſtoris Eccleſiæ Chriſti, qvæ Haynæ eſt, Primarii, ejusdemq; Diœceſeos Superintendentis Vigilantiſſimi,

Hæreditarii in Ubigau & Brottewitz,

Domini ac Patroni mei

maximè ſuſpiciendi,

cùm,

Omine fauſto,

Salvus & incolumis

Onomaſma ſuum,

Die VII. Maji, A. Æ. C. cIↄ Iↄc XXCV.

celebraret,

deponebat

Cliens ſubjectiſſimus

GEORGIUS GODOFREDUS Kretzſchmar/

Mölmont. Miſnicus, Philoſ. & Jurium Studioſus.

WITTENBERGÆ,

Imprimebat JOANNES WILCKE, Typogr.

H. M. Michaelis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0003-1

Hic Roſeus Flos
Egregio ſat
Dando tumeſcit
Plenus Odore.

GODOFREDUS
MEISNERUS,
DOCTOR THEOLOGIÆ:

ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΊΩΣΙΣ:
HIC FLOS ROSEUS,
DANDO TUMET
EGREGIO ODORE.

Ἐξήγησις:

Omnia nunc rident, nunc formoſiſſimꝰ annus,
Ver placidum rediit, tranſiit acris Hyems.
Aureus in celſo lætus *Sol* currit Olympo,
Aſtris cum reliqvis *Cynthia* blanda favet.
In *tepido* ſvaves, ſummô nunc, *aëre*, mane,
Arte ſatis mirâ, ducit *alauda* tonos.
Subſiliunt *colles*, *valles*, *montesq́;* decore
Ornati viridi, parturit omnis *ager*.
Prata nitent, celeri decurrunt *flumina* curſu,
In qvibus & natitans gaudia *piſcis* habet.
In denſisq; *feræ* Sylvis, teneriq; *juvenci*
Luxuriant & *Ovis* paſcua læta capit.
Adq; ſuos *mortale genus* cantando labores
Egreditur, cumulant *arva*, *Polusq́;* ſonos.
Omnia nunc rident, nunc formoſiſſimus annus,
Ver placidum rediit, tranſiit acris Hyems.
Nunc Variô *florum pinguntur Prata colore*,
Sideribusq́; micat *terra* ſuperba ſuis.
Induitur *niveo veſtitu* fertilis *arbor*,
Delicias Hortus tot bene cultus habet.
Qvò vertas oculos *grata oblectamina* cernis,
Et *nares* decus hoc *mulcet* odore bono.
Turmatim egrediuntur olentia *pignora Floræ*,
Pallentes *Violas*, *Lilia* cana premunt.
Formoſus ſeqvitur præſtans, *Narciſſus*, odore,
Purpureus procul hinc haut *Hyacinthus* abeſt,
HIC *Hyacinthus* erit ROSEUS FLOS jure vocandus,
Qvi EGREGIO DANDO ſvavis ODORE TUMET.

Omnia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0005-2

Omnia nunc rident, nunc formoſisſimus annus,
Ver placidum rediit, tranſiit acris Hyems.
Floret enim *fragrans Sacris Hyacinthus* in *Hortis*,
MEISNERUS, *magnum Lumen* in æde DEI.
HIC eſt EGREGIO ROSEUS FLOS charus ODORE,
DANDO TUMET; ſuccô largus abundat amor.
Gratus ODORE Viris *MEISNER* Splendore coruſcis,
FLOS ROSEUS Domini, qvem regit ille, gregi.
Invidus haut retinet ſvavem, ſed ſpargit ODOREM,
Qvò plùs dat ſuccô plùs TUMET ille bono.
Diſpergit, dat pauperibus, ſic ergo manebit
Juſtitia illius perpes in arce poli.
Ampliùs haut *æſtus Solis* vel *frigida Luna*
Hûic flori, vel *vis ulla* nocere poteſt.
Omnia nunc rident, nunc formoſisſimus annus;
Ver placidum rediit, tranſiit acris Hyems.
Omine nunc *fauſtô* GODOFREDI *feſta* recurrunt:
Cantica nunc reſonant, jubila, vota pia.
Salve feſta dies, multùm ſalveto, *Patrone*,
Hæc Tibi *feſta* dies, ſit qvoqve *fauſta* dies!
Qvam precor ut celebres per longos *floridus* annos,
Sint procul hinc *morbi*, ſit procul omne *malum!*
Sic *præſis poroſisq;* gregi Domini bene multô
Tempore, ſic olim *præmia grata* feras!
EGREGIO veluti ROSEUS FLOS qvæſo Clientem,
Langventem nimiùm, promtus ODORE *leves!*
Vive, valeq; diu felix, *PATRONE* colende,
Conjuge cum charâ *pignoribusq;* piis!
Omnia nunc faveant, redeat poſt tempora dura
Fertilis hinc mesſis, tranſeat atra fames!

Ung VI 182

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0008-9

Indubia demiſſæ

TESSERA OBSERVANTIÆ,

Quam

In

Benivoli Favoris
debitiq́; Honoris

SINUM,

VIRI

*SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI atqve EXCEL-
LENTISSIMI,*

ODOFREDI
EISNERI,

THEOLOGI CELEBERRIMI,

iæ Chriſti, qvæ Haynæ eſt, Pri-

œceſeos Superintendentis Vigilantiſſimi,

tarii in Ubigau & Brottewitz,

i ac Patroni mei

aximè ſuſpiciendi,

cùm,

Omine fauſto,

Salvus & incolumis

Onomaſma ſuum,

Maji, A. Æ. C. cIↃ IↃC XXCV.

celebraret,

deponebat

Cliens ſubjectiſſimus

GODOFREDUS Kretzſchmar/

.Miſnicus, Philoſ. & Jurium Studioſus.

WITTENBERGÆ,
rimebat JOANNES WILCKE, Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-608723-p0009-8